



# **Exercitatio philologico-theologica de symbolo Mohammedico (non est Deus nisi unus) adversus quod S. S. Trinitas defenditur**

<https://hdl.handle.net/1874/347631>



Misc. theol.

Qu. n° 471

1. Zeeland, A. Exercit. de Symbolo Moham.  
medico (Non est Dei nisi unus)  
adversus quod S.S. Trinitas defenditur.
2. ——— Exercit. de consensu Mohammed.  
danismi et Judaismi.
3. ——— Disp. de Philippo Imperatoris  
patris et filii, credito temere christia-  
nismo.
4. ——— Disp. de Paradisi sede temere  
apud Jordanem quaesita.
5. Pagendamius, H. J. Disp. de sacrificio  
primo divino nummi oblato.
6. ——— Disp. brevis sistens opera  
divina seu specimen Summi  
medici.
7. Starckius, J. A. De tralatitius ex  
gentilismo in religionem Christianam.



Davis and Travis / General Theory.



EXERCITATIO  
PHILOLOGICO-THEOLOGICA  
DE  
SYMBOLO MOHAMMEDICO

(Non est Deus nisi UNUS)

ADVERSUS QUOD S.S. TRINITAS DEFENDITUR:

QUAM,

Adspirante Triuno Deo,

SUB PRÆSIDIO

CELEBERRIMI VIRI,

D. HERMANNI WITSII,

S.S. Theolog. Doctoris, ejusdemque in Inclyta Academia  
Ultrajectina Professoris Ordinarii & Ecclesiæ ibi-  
dem Pastoris facundissimi,

*Publico examini subjicit,*

ADRIANUS REELAND. RIPA-BAT. AUCTOR.

A.D.

MAJI, horis lociq. solitis post meridiem.



TRAJECTI ad RHENUM.

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi clo lbc xcvi.



EXERCITATIO  
PHILOGICA THEOLOGICA  
DE  
SYMBOLO MONACHAMMEDICO

(Non de Dico nisi UNO)

ADVERSUS QUODS TRINITATIS DEFINITIONES

ADHUC TIBI

CONTRARIAS

CELEBRARI VIDE

D. HERMANNO WILHELMO

THEOLOGICO DOCTORE, ACADEMICO IN LITTERIS SACRIS

PHILOGICO, PROFESORE ORDINARIO IN UNIVERSITATE

ALMA MATERIE

ALMA MATERIE

ADRIANUS BERLINO

ALMA MATERIE

N. B.



TRACTATI DE RHENOM

IN OFFICINA FRANCISCI HARTMANNI, AUSTRIACI

TYPOGRAPHI, ELI HARTMANNI

NOBILISSIMO.  
ET.  
AMPLISSIMO.  
VIRO.  
PAULO. VOET.  
VAN.  
WINSSEN.  
J. V. D.

ADRIANUS REEFLAND.  
AUCTOR

PRIMIS.  
IN. REPUBLICA. BELGICA.  
HONORIBUS.  
PARI. FIDELITATE. AC. PRUDENTIA.  
ADMINISTRATIS. INLUSTRI.  
ALIQUOTIES. CONSULI.  
CELISSIMORUM. AC. PRÆPOTENTIUM.  
FÆDERATI. BELGII. ORDINUM.  
NUMERO. OLIM. ADSRIPTO.  
NUNC.  
ILLUSTRIBUS. ORDINIBUS.  
TRAJECTINÆ. DIOECESEOS. ET. EQUESTRI. ORDINI  
A. SECRETIS.

HANC. EXERCITATIONEM. ACADEMICAM.  
EA.  
QUA. PAR. EST.  
ANIMI. REVERENTIA.  
D. D. D.

ADRIANUS. REELAND.  
AUCTOR.

EXERCITATIO  
BENEVOLO LECTORI.

**P**

*Aucis in limine te morabor, benigne, quisquis es, conatum nostrorum interpres. Ipsa se materies, utinam digniore exarata calamo, elegantia & utilitate commendat. Hoc cardine Mohammedanismus vertitur, hac basi firmatur, qua luxata fratrum collabi necesse est. Fontem Antichristiani dogmatis adsignare, momentum controversia ore & praxi sequacium ostendere, dein quibus se opponat, & quo fundamento, disquirere animus est. Tum nonnullas, qua causa iniquitatem prodent, retusis hostium telis, rationes subjungemus. Qui S. S. Trinitatis mysterium ex locis S. Scripturae (apud Theologos passim obviiis & fusc vindicatis) probandum expectet, frustra erit. Rem toties exactam repeti quis desideret? Nec eadem, qua Socinianus, methodo, Judaeus aut Turca refellendus est. Jaculum quod acrius illum ferit, hic facile repellat. Mihi itaque cum Mohammede res est, & huc collineat omnis Exercitatio. Non deerunt, qui inanem hanc crepabunt operam, nec tanti esse has controversias ut curiosam mereantur indaginem; & videmus quandoque illos ipsos fabuloso Judaeorum Talmudi impalescere, aut nescio quos Veterum ritus expiscari, aut Socini argutiis attendere, vel repetitis Pontificiorum cavillis incumbere, quasi nugacior sit his omnibus & inepta magis, quoad ipsam religionis substantiam, Mohammedanorum fides, illiusque cognitio orbe Europaeo excludenda, uti imperium. Vetus hac calumnia est, sed anguem tegit. Ignorantium & invidorum tela retundere hujus non est loci. Atque utinam non sorderent adeo multis patrum nostrorum memoria non sine fructu excitata in Belgio litera Orientales! His certe deliciis capiebantur Erpenii, Colii, Poscockii, Hottingeri, proh, quanta nomina! ne Seldenos dicam, Salmasios, & Bochartos, quos mirabitur nobiscum secutura dies.*

EXERCITATIO  
DE  
SYMBOLO MOHAMMEDICO

(Non est Deus nisi UNUS)

ADVERSUS QUOD CHRISTIANA TRINITAS DEFENDITUR.

T H E S I S I.

I.  
Judaismi  
& Genti-  
lismi mix-  
tura pa-  
rens hære-  
sism sub  
V. T.



Erniciosam maxime, & tantum non fatalem, accidisse puriori Ecclesiæ Judaismi & Gentilismi, vel cum ea, vel inter sese, mixtionem, plurima sæculorum omnium exempla testantur. Nec alio fine comminationes divinas, ne admissio Gentilium cultu avita sacra polluerentur, Judæis subinde in vetitum nefas ruentibus, inculcatas passim Scriptura memorat. Verum sub Rehabeamo scissi in partes Israelitæ, captaque per Salmanassarem Samaria, Babylonis commixti, quantopere fidem Judaicam corruperint, qui ignoret, puto neminem. Cæterum quod Judæos spectat, post natum schisma, stetit utcunque incorrupta, vigilantibus Prophetis, eorum Respublica: mox tamen ab illorum excessu, cautione licet in contrarium data, sub Hasmoneis Gentilium imbuti sapientia, nil non monstri protulere. Sadducei quidem primi titulo מַיִי, quasi atro carbone in scriptis Hebræorum notati, Epicuri placita sequebantur, ut & Pharisæi Stoicorum fere vestigia premebant, & Pythagoræis affines fuisse Hæssæos Viri docti observarunt. Unde brevi temporis intervallo, sive doctrinæ, sive moribus, aut regimini attendas, horrenda, at non nisi ab infelici cultus extranei fermento derivanda, Ecclesiam corruptela invasit.

II.

II. Eidem forti Lerna malorum, quæ conditam recens Ecclesiam Christianam quassavit, suas debet origines. Illos dico hæreticos, qui perverso Rationis usu & præjudiciis Judaicis imbuti, nostræ se opposuerunt fidei, ad accensam Euangelii facem cæcutientes, quo-

quorum amplissima fuit seges prioribus sæculis. Hæreses enim istorum hominum omnes ex Judæorum, Gentiumque sententiis repetere, facillimum foret indaganti. Non lubet heic ire per singula: suffecerit observasse, Pseudotheologos, qui istis rivulis labra proluerunt, id præcipuum intendisse, ut mysteria fidei convelle- rent, & vel Trinitatem Unius Dei, vel Divinam Christi natu- ram, aliove, qui hinc fluunt, articulos corrumperent, aut negarent. Nota sunt Ebionis, Cerinthi, Theodoti, Artemonis, Pauli Sa- mosateni, Photini, Marcelli deliria, ne dicam Arii, Apollina- ris, & Tritheitarum errores, quorum nonnulli directe magis, indirectius alii, S. S. Trinitatis mysterium oppugnarunt. Unde nata credamus tot prodigia nisi ex Gentilibus Philosophis, quorum ratiocinia, nugis plerumque Judaïcis commixta, Theologiam invasere? Quin & ipsi fatentur Mohammedani, principia suæ fidei a nullis contaminata perniciosius, quam Motazalitis, aliis- que qui Græcorum Syrorumque argutias & Philosophicas subtili- tates doctrinæ Alcoranicæ opponebant.

III.

Cum vero certissimum sit religionem Mohammedicam ex eadem  
 infaulta mixtione, quæ pessimarum semper hæresium parens fuit,  
 conflata esse, quis miretur tam difforme opinionum chaos, &  
 opposita nostris ubique mysteriis dogmata resultasse? Certe faten-  
 dum est talia hic commenta inveniri, quæ saniori non tantum fidei  
 sed & rectis ratiociniis repugnant, & mole ruerent sua, nisi vi &  
 armis defendenda potius, quam rationibus esse fulcienda docuissent  
 Mohammedis affectu. Licet vero pluribus id evinci posset exem-  
 plis, nuspiam tamen adversa magis fronte Christianis occurrit,  
 nuspiam sibi visa tutior, nuspiam gloriabunda magis nos aggreditur  
 infania Mohammedica, quam S. S. Trinitatem negans, & Sa-  
 cratissimum fidei nostræ mysterium turpiter invadens. Quam infe-  
 lici successu, nostrum erit, adspirante Triuno Deo, hac Exercitatione  
 ostendere.

III.

Ex eadem  
 conflatus  
 est Mo-  
 hammeda-  
 nismus,  
 hinc ubi-  
 que nostræ  
 fidei ad-  
 versus.

IV.

Constat itaque non uno indicio, Mohammedem nil tam sedulo  
 suis inculcasse quam Dei Unitatem, (subdolo ut videbimus §. VII.  
 prætextu) quam innuit tritum illud, لا اله الا الله Non est  
 Deus nisi Deus, veletiam هو الله وحده, Non est Deus,

IV.

Quod patet in Sym-  
 bolo de U-  
 no Deo,  
 cujus apud  
 Moham-  
 medanos  
 usus ostenditur.

nisi  
 dicitur.

8 EXERCITATIO

nisi Deus Unus, vel هو الا nisi ille, Unus nempe. Cui formulæ subinde hanc addunt لا شريك له, Non est ipsi socius; vel similem, uti videre est in SURATA الاخلاص, seu sinceræ pietatis, quæ (num. CXII.) integra hæc est هو قل

الله احد الله الصمد لم يلد ولم يولد ولم

Dicito. Hic est Deus Unus, Deus aternus, non gignit nec gignitur, & non est ipsi similis unus. Ubi manifesto alluditur partim ad Christianos, qui Deum Filium agnoscunt, & Sabios partim, qui Deum ita orabant, cultus tuo me dabo, non est tibi socius, nisi quem tu possides, angelos suos & idola precibus includentes: quibus se opponit Mohammed statuen- do, nullum esse Deo focium. Hanc Suratam tanti æstimant Musulmanni, ut annulis eam & laminis æreis inscribant, cumque ea cælitus demissos esse 70000 angelorum ordines jactitent. Brevis enim commentarius est istius SYMBOLI MOHAMMEDI CI, quo doctrinam suam ab omnibus aliis discretam voluit Pseudo- propheta, NON EST DEUS, NISI UNUS, quod vexillis inscribunt, quod libris præfigunt, & quo insignita sunt Arabum numismata. Seldenus & Hottingerus nummos memorant, quo- rum hæc sit inscriptio:

Selden. de synedr. l. 1. c. 4. p. 90. Hotting. Cipp. Hebr.

لا الله	Non est Deus	بسم الله	In Nomine Dei
الا الله	Nisi Deus	لا الله الا	Non est Deus, nisi
وحد	Unus	الله وحد	Deus Unus

V.

v. Et quanti illud fiat. Timuri histor. pag. 1.

Quod & illud libris præfigi soleat, ostendit Arabiades, qui in prin- cipio sui voluminis hæc habet, واشهد ان لا اله الا الله, والحكم العدل الذي يقتضى للمظلوم من الظالم. Et testor non esse Deum, nisi Deum justum Judi-

sem, qui oppressum defendit in die Judicii &c. item *Abi Jaafar Ebn Tophail* in Epistola sua elegantissima de *Hai Ebn Jokdhan*

واشهد الا الله الا الله وحده لا شريك له

*Et confiteor quod non sit Deus, nisi Deus Unus, cui nullus est socius.* Hæc est illa شهادة, confessio, quæ inter varia fidei

prærequisita primum locum obtinet. Symbolum hoc parietibus *Mosquearum* (ita enim vulgo appellant ædem sacram, quæ *Mesgid* Arabice dicitur) adscriptum vidisse testatur *Th. Smith. norit. Constantinop.* p. 92. idem *Medinæ* aureis signatum literis observavit in itinere *Thevenotius*. Hoc in templis exclamant stupenda nonnunquam celeritate, qua inter se certant, vel lento admodum sono, ita ut oppresso oris anhelitu fessi in terram concidant. Hoc præco, mane populum ad preces convocans e turribus cylindricis, identidem ingeminat. *Deus Excelsus est, Confitere non esse Deum præter Deum, Confitere Mohammedem esse apostolum Dei, accede ad preces, accede ad preces, Deus excelsus est. Non est Deus præter Deum.* Hoc semper & ubique crepant, hoc chartis illinunt, hoc erecto pollice circumcidendi recitant, hoc in agone mortis constituti revolvunt, in funeribus sacerdotes concinunt, in exercitu pugnam ineuntes aut castra moturi pronunciant, hoc corculum & *νευτεριον* suæ fidei ubique profitentur, & in Unitatem Dei, hoc Symbolo contentam, impingere omnes Christianos, Judæos, & Gentiles existimant, (qua ratione, videb. §. VII.) se vero Unitatis divinæ assertores jactant, & religionem suam splendido titulo *توحيد*, ornant, quasi doctrinam dicas quæ *Unum*

*Deum credit.* Et roganti Arabi quid in terris fecerit Mohammed, hoc insufurratum est grande arcanum, *Convertit mundum ad Unius Dei cultum.* Symbolum hoc Syri ita efferunt *אֱלֹהִים אֶחָד לֹא יֵשׁוּב לְכֶם מִיָּד* Nec abludit *παραφύ*, qua utitur magna Synagoga *Garizim*, cum ad alias Synagogas typum anni ineuntis dirigit *בשם יה אלהי ישראל אין כיה אלהינו יהוה אחד*, in nomine *Jah, Dei Israelis, Non est Deus ullus sicut Deus Noster, Jehova Unus*: defumta verba partim ex Turcico *توحيد*,



10      E X E R C I T A T I O

Scalig de  
emendat.  
temp. p.  
616. &  
622.

seu formula initiali, partim Deut. 6. 4. שמע ישראל. Qui Samaritanos characteres desiderat, Magnum Scaligerum consulat.

VI.

V I.  
Momen-  
tum do-  
ctrinæ de  
Uno Deo  
iuxta Mo-  
hamm.

Gravissimi hanc esse *momenti controversiam*, vel inde apparet, quod ab hoc articulo credito, vel negato Mohammedani salutem æternam suspendant. Quod enim nonnulli scribunt, Mohammedem in Alcorano dixisse: in unaquaque religione, sive Judaica, sive Gentili aut Christiana, vitam æternam obtineri posse; error est, forte ex ambigua Retinensi versione ortus, saltem qui ignorantiam Arabismi evidenter ostendit. Nullus enim in Corano textus est qui solide favere possit his cogitationibus: e contrario plurimi sunt, ubi & Christiani & Judæi una cum Gentilibus igni infernali & perpetuæ iræ divinæ adjudicantur, qui latere nequeunt vel medicriter in lectione Alcorani versatum. Sed id *ως εν παροιδω*. Sane hinc apparet quæstionis momentum, quod ii qui Trinitatem admittunt, Mohammedi censeantur æternum damnati, & revera tales quibus culpa non remittatur. vid. SURAT. IV. vers. 51. & eodem Cap. v. 116. XVIII. 3. & SUR. XCVIII. 5. aliisq. locis: præsertim cum alias crepent ubique misericordiam Dei, uti vel ex inscriptione Suratarum in Corano constat. Id quoque testatur *Ahmed ben Abdalla*, Mohammedanus & Mauri Regis ad Fœderatos Belgii ordines olim legatus in *defensione sua fidei*: *Deus nunquam ignoscet (& sic præcepit) quicumque ipsi fecerit secundum, æqualem vel similitudinem in celo sive in terra*. En quanto opere & zelo Unitatem Dei Mohammed urgeat, prædicet & propugnet.

VII.

V II.  
Subdolos  
prætextus  
defensæ  
hujus in-  
fantiæ  
ostendi-  
tur.

Specioso certe prætextu, sed hæreticis plus vice simplici iustato. Solent illi ut fucum sequacibus faciant, manifestam aliquam veritatem defendere, ut pulciori specie suos intrudent errores. Eodem obtentu oppugnandi pluralitatem Deorum confudit personas *Sabellius*, & prætextu vindicandi distinctionem personarum divisit divinitatem *Arius*. Ita sub specie oppugnati *Nestorianismi* in contraria lapsus erravit *Eutyches*, & ne Deum statuat auctiorem peccati, duo principia *Manes* introduxit. Pari modo *Mohammed*, dum videtur Unitatem Dei propugnare, incautos fallit, & S. S. Trinitatem aliaque fidei nostræ mysteria subvertit. Hinc est,

est, quod nusquam triumphos sibi majores promittat Impostor, quam ubi de *Uno Deo* loquitur, illamque veritatem asserit, quam ipsa Ratio tot testimoniis confirmat. Unde Christianos hac parte continuo vexat, quæ innumeris exceptionibus & cavillationibus, apud eos inprimis, qui in S. Scriptura hospites sunt, exposita est; & licet alias noluerit de religione disputari, ne sua vellicarentur commenta, hic tamen idoneam altercationi materiam invenisse videbatur, qua (si forte Moslemanno cum Christiano congregiendum sit) veluti clypeo & vexillo, suam defenderet, insigniretque doctrinam. Scopus ergo hic prior est instituti symboli, ut aptam sequacibus ne plane obmutescerent, discipulandi ansam traderet. Sed porro, ut hac methodo facilius Sabios, Gentilesque ad suas partes traheret. Nec parum juvit causam Mohammedicam callidum hoc consilium: Gentiles enim idololatræ qui Arabiam incolebant, facile potuerunt a polytheismo revocari ad unum Deum, præsertim illi quibus vel mica falis inerat, & qui, attenta mente, vanitatem *πλῆθειας* considerabant. At hoc urgebat Mohammed, & certe non contemnendis rationibus, quarum nonnullas ex ipsa Scriptura S. desumas esse nemo non videt. Verum licet sufficeret efficacia hujus Symboli ad Gentiles convertendos, vix tamen opponi potuit Christianis & Judæis, qui non adeo proclives erant ad amplectendam illam fidem, cujus basis fingebatur asserta *Dei Unitas*, quippe quam hi similiter profiterentur. Quamobrem novo actu conatus est hos quoque idololatræ & polytheismi accusare (de Gentilibus autem res erat manifesta) ut specie quadam se iis opponeret, suamque *ματαιολογίαν* hoc Symbolo & *κρίθειω* ab omnibus, qui in terrarum orbe vigent, cujuscunque sectæ affectis distingueret. Videamus singula paulo exactius, ut vim & usum hujus Symboli contra Gentiles, Judæos & Christianos distinctius intelligamus.

## VIII.

SABIIS igitur, seu Gentilibus primum se opponit Mohammed, quo nomine veterem intelligit SARACENISMUM, qui in Arabia vicinisque regionibus tunc prævalebat. Inter hos maxime notat Meccanos, & Koreischitarum tribum, e qua prodiit, qui, vel quod impostorem sua oriundum familia novissent, vel firmius adhærerent avitis Ismaelitarum sacris, aures non adeo faciles Mohammedi præbebant, unde & in iis convertendis maxime

VIII.  
Opponitur hoc Symbolum Sabiorum polytheismo.

xime laboravit, & religionis Sabaicæ straminea fundamenta, idolorumque vanitatem in Alcorano passim deridet. Hi enim *Saba*

سبأون (dicti alias حرانيون, *Harranii*, quoniam fum-

mum tribunal ac primarium templum in urbe Mesopotamiæ حران *Harran* habebant, unde & illa من دنة الصابية *urbs*

*setta Sabaorum* vocatur) exercitum cœli & sidera colebant; ab ipso

Setho, cui filium adsignant præter Enoschum, صابيا *Sabium*, sui cultus originem repetentes. Illis auctoribus propagata est maxime per Orientem crassa ubivis idololatria quæ originem dedit tot fictitiorum Deorum Dearumque nominibus, *Allath, Aloffa, Menath, Schoms, Saad, Naila, Cijun, Demar*, vel ipso sono tremendis. Confirmat id ipsum *Abilfaragius* hiltor. Dynalt. pag. 2.

وكانوا جميعا صابية يعبدون الاصنام &c. Sabii

omnes serviebant idolis ad similitudinem substantiarum superiorum ac corporum cœlestium. Colebantur illi per sacella & imagines præcipue in *Caba*, quod templi Meccani nomen est, a cubica figu-

ra, Arab. كعبة, (unde & Græcum κῆβη) sic appellati.

Ferunt id ab Abrahamo conditum, uti videre est in Alcorano<sup>2</sup> (NB Sequimur hic & ubique in citat. Alcor. edit. Hinkelman.)

SURAT. II. 122. وان يرفع ابراهيم القواعد من البيت, *Et quando extollebat Abraham fundamenta domus &c.*

Sacelli nempe istius, sive oratorii, quod templo المسجد

cingitur, quæ duo conjuncta بيت الحرام, *domus sacra* vo-

cantur: حرم enim speciatim vel templi hujus circuitum notat,

vel septum sacrum certis distinctum terminis, & ad 5 aut 7 miliaria ab urbe se extendens, quod a peregrinantibus teritur. Circa *Cabam* narrantur fuisse 360 idola, quæ omnia jussu Moham-

medis prostrata sunt, inter quæ memorandum est حمامة

, العبدان

العيمان, *columba lignea idolum*, quod in *Caba* manu sua fregit *Pocok. Spec. Hist. Arab. p. 98.*  
 Mohammed & *صنم خراعة*, *idolum sectæ Chozaiica*, Cabæ

impositum, quod ut Ali dejiceret, humeros ipsi supposuisse fertur. Prætereo nugas nugaces de puteo *Semsem*, Lapide *Bractan*, cultu angelorum, telematibus & figillis planetarum, polo artico quem inter orandum respiciebant &c. quæ fufius tradidit Pockius not. ad Abulfarag. pag. 139.

IX.

Lucem adferent hæc observationes de Sabiorum polytheismo plurimis Alcorani locis, quæ non nisi ritibus Gentilium applicari queunt. Multa enim habet de angelorum cultu & imaginum, quas Dei filias vocabant: & testari poterat *ἀνοπίτης* Mohammed: illas enim, expugnata Mecca, Cabam ingressus ipse vidit & exclamasse fertur, *فأذلهم الله* perdat illos Deus! Huic ergo *ἀνεπλατρεα* & imaginum cultui suum Symbolum opponit expressis verbis SURAT. XXXIX. 6. XL. 67. & Unitatem Dei idolorumque vanitatem urget, uti videre licet SURAT. xxv. 3. *واقتنوا من*

IX.  
 Quem passim refellit Alcoranus.

*دونه آلهة لا يخلقون شيئا وهم يخلقون ولا يملكون لانفسهم ضرا ولا نفعا ولا يملكون*  
*موقدا ولا حيوة ولا نشورا* Et assumerunt præter illum Deos, qui non creaverunt quicquam & ipsi creati sunt. Nec animis ipsorum facere queunt bonum aut malum, nec potestatem habent in mortem aut vitam aut resurrectionem. SURAT. xli. 37.

*لا تسجدوا للشمس ولا للقمر واسجدوا لله الذي خلقهن* Ne adorete Solem aut Lunam, sed Deum adorete qui illa

*creavit.* & xxxv. 14. *يوالج الليل في النهار ويوالج النهار في الليل* *وسخر الشمس والقمر كل*

يَخْرِي لِأَجْلِ مَسْمِي ذَلِكُمُ اللَّهُ رَبُّكُمْ لَهُ  
 الْمُلْكُ وَالَّذِينَ تَدْعُونَ مِنْ دُونِهِ مَا يَمْلِكُونَ  
 مِنْ قَضَائِهِ . أَنْ تَدْعُوهُمْ لَا يَسْمَعُوا دَعْوَكُمْ  
 وَلَوْ سَمِعُوا مَا اسْتَجَابُوا لَكُمْ وَيَوْمَ الْقِيَامَةِ  
 يُمْسِكُ بِمُؤْتَمِرَاتِهِ *Immittit (Deus unus il-*

*le, quem vers. 3. Symbolum suum repetens, nominaverat) noctem diei & diem nocti, & Solem Lunamque, ad obsequium subegit, quorum quisque currit ad metam præstitutam. Deus ille vester est, cujus est imperium, sed ii quos præter Deum colitis potestatem non habent vel in minimam pelliculam qua os dactyli investit. Si invocatis illos, non audient invocationes vestras, & se non audiunt, quæ responsa vobis dabunt? & in die resurrectionis negabunt se amicos vestros. Similia invenies SURAT. VII. 194-197. LIII. 23. X. 18. 19. XVI. 3. 75. XVII. 58.*

## X.

X.  
 Ut & An-  
 gelola-  
 triam.

*Angelorum quoque cultum, suo contrarium Symbolo, increpat,*  
 SURAT. XXX. 27. ضَرْبٌ لَكُمْ مِثْلًا مِنْ أَذْنَانِكُمْ

هَلْ لَكُمْ مِمَّا مَلَكَتْ أَيْمَانُكُمْ مِنْ شُرَكَاءَ  
 دَخَلُوا فِي عَمَلِكُمْ *Dixit (Deus)*

*vobis similitudinem a vobis ipsis desumptam. Num vobis sunt (servi) quibus dominantur feliciores vestrum, ex participibus alimentorum, & vos in eo pares iis estis. SURAT. XXI. postquam v.*

25. Symbolum suum præmiserat, sic pergit. v. 26. وَقَالُوا لَتَنزَّلُنَا

الرَّحْمَنُ وَلَوْ أَرْسَلْنَا بِهِ سُلُوكًا مِنَ السَّمَاءِ  
 نَدْرِكُهُ بِآيَاتِنَا *Dicunt, assumpsit misericors Deus filios: absit. Verum servi sunt honorati. Clarius id proponit SURAT. XXXVII. 150. أم*

خَلَقْنَا لَهُمْ لِمَا يَكْفُرُونَ أَزْوَاجًا وَلَهُمْ مِنْ دُونِ آلِهَاتِهِمْ  
 مَا لَا يَنْفَعُهُمْ إِذَا تَدْعَوْهُمْ إِلَى الْعَذَابِ أَلِيمٍ  
 وَالَّذِينَ كَفَرُوا لَا يَسْمَعُونَ دَعْوَةَ اللَّهِ وَآيَاتِهِ لِيُذْهِبَ  
 عَنْ بَنَاتِهِمْ أَصْفَاءَ

البنات على البنين ما لكم بهن تفكرون

An creavimus angelos femellas, & ipsi praesentes adfuere? Uti- que illi ex mendacio dicunt, Genuit Deus prolem, & mentiuntur. An elegit filias (ut meliores) praefiliis? Quid vobis est quod ita judicatis? Arabes enim dolebant, quando filias partu acquisive- rant, quas tamen haud verebantur Deo adscribere. Judaei quoque

filias contemnunt; ita enim scribunt, אמרו חכמים ז"ל אשרי Ben. Syra  
Moral.  
alphab. 116. מי שבניו זכרים ואוי לאביו הנקבות

p. m. Felix ille, cui nascuntur filii: sed va patri filiarum: & paulo post: בשעה שהבית ווצאה ממען אמה לאויר העולם שמים וארץ וכנכים וכל מה שנברא בעולם מתאבלים עליה.

In hora, qua prodit filia ex utero matris sua in lucem hujus saeculi, caelum, terra, sidera & quicquid est creaturarum in hoc mundo, lugent ob eam. Hinc volebat Mohammed prolem imperfectiorem, filias, Deo socias adjungi, SURAT. XLIII. 14. XXXIV. 39. & seqq. xxxvii. 158. Atque ita stultissimum religionis Gentilitiae articulum de colendis pluribus Diis subvertit, ut suam fidem quae in hoc Symbolo unum profitebatur Deum, stabiliret.

XI.

JUDAEIS porro hoc Symbolum opposuit, sed quoniam, roget aliquis, fundamento? Illis enim polytheismus impingi potuisse non videtur, qui omni illum animo execrantur & ad Deorum nomen horrent, qui continuo crepant notissimam קריאת שמע seu

pericopen Dent. 6. 4. audi Israel &c. \* quam toti legi æquivalere existimant: de qua plura dicemus in Exercit. nostr. de Convenientia Mohammedanismi cum Judaismo. Sane confitentur Judaei primum Decalogi praecipuum de colendo Uno Deo esse העיקר הגדול \* Tzeror  
Hamor. fol. 134. col. 2.

שבחורה שהכל תלוי עליו כמו שאמרו רז"ל כל המורה כולה magnum in Lege fundamentum, a quo omnia dependent, quemadmodum dixerunt Rabb. p. m. Qui alium Deum confitetur, est quasi totam legem negaret. Fingit nihilominus Mohammed duos a Judaeis coli, quorum

Uni nomen sit זכר Ozair, Barbara profecto vox & forte soli nota Mohammedi. Ille enim qui tot nomina in

V. T. historiis obvia μεταμορφῶν potuit, & substituere ad captandum rhythmum nescio quæ ridicula, facile & hic potuit Deum recutitis obtrudere, quem nec ipsi nec patres eorum noverant. Ita scribit

SURAT. IX. 30. وقالت اليهود عزير ابن الله وقالت

Et dicunt الذماری المسیح ابن الله ذلك قولهم

Judæi, Ozair est filius Dei, & dicunt Nazarai, Messias est filius Dei. Italoquuntur. (D. du Ryer in versione Corani Gallica videtur pro

عزير Ozair legisse عزیز Potens, literarum

ز & ر deceptus convenientia, sic enim vertit: Les Juifs ont

dit que le fils de Dieu est Trespouissant.) Alibi autem verum Deum

a Judæis coli concedit SURAT. XXIX. 45. ubi populum libri,

Judæos & Christianos, ita alloquitur: والهدا والهمك واحد

Et Deus noster & Deus vester Unus est,

& nos ipsi religiose nos submittimus. Non enim Ozair & Mes-

sias Mohammedanorum Dii sunt.

## XII.

XII.  
Quis sit  
Ozair,  
quem Ju-  
dæorum  
Deum di-  
cit Mo-  
hammed.

\* *Thysii*  
*exercitat.*  
*miscell.*  
*Cap. VIII.*

Varia sunt de hoc *Ozair* doctorum judicia: quidam \* *Eleazar* hic indigitari volunt, plurimi *Ezram*, alii alium. Ipsi Arabum commentatores in luto hærent, & vel *Jesaja* Prophetæ famulum, vel *Ezram* hic innui scribunt. Profecto, si constaret certo hic *Ezram* intelligi debere, possemus colligere hanc calumniam ex elogiis, quibus illum Judæi ornant, derivandam esse.

Dicunt enim dignum fuisse *Ezram*, nisi prævertisset hunc *Moses*, per quem Lex Israel tradita fuisset. Et quis non novit quantis encomiis *Ezram* extulerint, veteres Judæi, ita ut eum *בן עלין*, *filium*

*altissimi* & maxime amatum Deo dixisse potuerint, quam loquendi phrasin non inusitatam Hebræis fuisse, de *Viris* in summa dignitate

constitutis docere potest *Psalms. LXXXII. 6.* Quin fatentur Judæi, qui *Psalms. II. de Davide* explicant, recte & proprie *Davidi* posse

applicari verba v. 7. בני אתה, Tu es filius meus: sicut herus servo dicit, diligo te ut filium. Quæ licet falsissima sint, attamen docent Ju-

dæos existimare, non incongruam hanc esse phrasin, si viri eminentes, etiamque Angeli, qui בני אלהים dicuntur, filii Dei vocentur.

Huc accedit, quod infanda servitute Doctores suos venerentur

Ju-

Judæi, & Rabbinorum Deique observantiam eodem gradu confluant: uti ostend. *Disput. de Consens. Mohamm. c. Jud. §. ix.* Hanc quoque conjecturam firmare videtur ejusdem SURATÆ IX. versus

اذخروا احبارهم ورجالهم اربابا من دون الله

*Assumerunt Doctores & Presbyteros suos Deos præter Deum.*

Quæ si ad Judæos referantur, plana sunt; si ad Christianos, meram calumniam spirant, ex ignorantia rituum antiquorum profectam, qua etiam Gentiles usi sunt, quando fingeant *ipsum* Minuc. Fel. Octav. p. 85. *antistitis ac Sacerdotis genitalia a Christianis coli*: uti notum ex *Minutio*, ad quem vide notas *Wouveri, Heraldii* aliorumque.

## XIII.

Forfan nomine *Ozair*, *Oziris* notatur, ita ut *Oziridis* (qui XIII. *Fortean* *Osiris.* & *Apis* & *Serapis* dictus a Judæis sub imagine *bovis aurei* in deserto Sinaitico erectus sit) cultum iis exprobrare studuerit. Certe non ignota erant *Egyptiorum* *Syrorum*que numina *Chaldæis* & *Arabibus*, quod *Calendarium* ab *Alfragano* descriptum ostendit, ubi mentio *Thammuz* & *Haziran*, pro quo *ὄζιρ* pronunciarunt *Heliopolitani*. Quod si verum sit, coincidet cum antiqua *Gentilium* calumnia, qui apud *Minucium Fel.* in *Oct.* p. 262. *Judæos* Gol. not. ad Alfrag. astronom. pag. 17. *cum* *Egyptiis* *bovem coluisse* dicebant. Et sane speciem id aliquam propensi ad idololatriam populi præ se fert, quæ sufficeret ad fovenda *Mohammedanorum* deliria, quibus *Judæi* idololatra habentur. Certum tamen id est nullo modo polytheismum *Judæis* affingi potuisse, illo imprimis, quo eos oppugnavit, sæculo. Quamvis enim apud *Gentiles* *ἀπιδότες μὲν τῆς πολιτείας ἔ' ἰσσηλ* pessima laborarent infamia, quasi asinum penitrali sacrasent; condatores tamen *Ethnici* & quibus inspecti propius eorum mores, præsertim destructo templo sacrisque magis detectis, facti sunt eos nil præter cæli numen (*שמים*, ita enim Deum vocabant) adorare. Unde illos idololatriæ reos pronunciare *Mohammed* frustra conatur. Pirke abot cap. 1.

## XIV.

*CHRISTIANIS* tandem, quos *الذماري*, *Nazaraos*, XIV. *Christianis* vel cognomine *Judæis* communi *اهل الكتاب*, *populum* hoc Symbolum opponitur. *libri* vocat, suum hoc opponit *Symbolum*, maxime quia illi imperium late tenebant, nec victas adeo *Mohammedi* manus dabant, & co-



Euseb.  
Hist. Ec-  
cles. l. vi.  
c. 7.

& eorum religio prævalens, κατὰ τὴν δόξαν, ab ipsis Gentilibus jam diu ante Pseudoprophetae sæcula dicebatur. Unde diuturnior es fore Musulmannorum cum Christianis rixas prævidebat, adeoque contra illorum insultus validiori clypeo suam munire doctrinam debuit. Quamobrem hodierni Mohammedani, cum Judaica gens tantum non excisa sit, certe vagabunda & extorris fixas non habeat fedes, & Gentilismus fere ad Turcas armorum vi & victorum consilio, qui latissime cum imperio religionem propagarunt, devolutus sit, Christianis maxime hanc ossam rodendam objiciunt, quasi ad diruendum sanctissimæ fidei Mysterium hæc sola sententia sufficeret. Laxe utuntur Mohammedani Christianorum vocabulo, Heterodoxis & Orthodoxis eodem nomine comprehensis, & illorum deliria horum doctrinae adnumerantes. Id quoque fieri vidit suajam ætate Eusebius Hist. Eccles. IV. c. xi. locutus enim de Mure Pontico (Marcionem intellige) similisve farinae hæreticis, sic pergit, καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τῶν ἠρμημένων χριστιανὸν καλεῖνται, ὃν τρόπον καὶ ἡ κωνῶν ὄντων δογματῶν ὄνομα τῆ φιλοσοφίας κωνῶν ἐστὶ. Omnes autem illi vocantur Christiani, uti Philosophorum nomen, licet non ubique consentiant, plurimis commune est: ita antiquitus confundi solebant cum Judæis Christiani, uti ex Tacito, Minutio, Tertulliano, Athenagora, aliisque manifestum est, imo & ipsa Gnosticorum deliria ab orthodoxis explosa, tantum quia Christiano nomine palliabantur, his imputata sunt: unde originem traxere turpes illæ calumniæ, quæ obruebatur Ecclesia prioribus sæculis. Cautè itaque discernenda hæc sunt, & patefcet ex mera Orthodoxæ fidei ignorantia polytheismum nobis affingi, qui Hæreticorum Christiano se nomine tegentium deliriis debetur; & curtam esse Mohammedi supellectilem, qua nos oppugnet, cum alias mira argumentorum copia superbiat, quæ revera nos non tangunt, sed Heterodoxos, nostro latentes nomine: denique ut plurimum ignorationem esse elenchi, nec probari illud quod probandum erat E. G. quando Angelorum, Mariæ vel Johannis, aut plurium Deorum cultum, quasi re bene gesta contra Christianos, operose refutat.

## XV.

XV.  
Heterodoxis, Mariolatris quos

Quod ut perspiciamus evidentius, videbimus, quid nobis affingat Mohammed. Trinitatem Deorum nos credere. Ita sane & quosnam? Deum verum, Messiam & Mariam. S U R A T. V. 116.  
hæc

hæc verba sunt. *وان قال الله يا عيسى ابن مريم اذنت قلت للناس اتخذوني وامى الهين من دون* cum orthodoxis confunxit.

*الله قال سبحانه* Et quando dixit Deus: O Isa, fili Maria, Tunc dixisti hominibus, assume me & matrem meam duos Deos præter Deum? Respondit: absit &c. ita & disputans SURAT. V. 19. contra Christianos, dicit infideles esse, qui Messiam, Maria filium, pro Deo habent, & concludit facile Deo fuisse perdere *المسيح ابن مريم وامه* Messiam Maria filium ejusque matrem, & quæcunque in terra sunt: quasi a nostris etiam Maria coleretur. Disputant eruditi, unde nata sit occasio tale quid fingendi. Nonnulli commentum esse & meram calumniam arbitrantur. Seldenus hic Mariolatras tangi existimat, nec sine ratione; cum ex historiis ejus ævi manifestum sit in vicinis Arabiæ tractibus hæresin viguisse, quæ ut se *αυθινομαχιστης* fortius opponeret, Mariam Deam habuit, unde proclive fuit Mohammedi Christianam fidem ex illis dogmatibus, quæ prope Arabiam ferebantur, æstimare, & affectis suis, qui non tam sollicitè in veram Christianorum fidem inquirere vel poterant vel studebant, persuadere Mariolatriam a Christianis committi. Constat historia ex Epiphanio, qui narrat *εν Αρββια εν των μεσων της δεξιαν* surrexisse quosdam *αφεθινοτας εις την εωρε της αυτης αβριας αυ παρθενη εωθεσον αντι θεου ταυτην παρειαγεν εσπαδαυτας η σπαδαυτας*, desipientes, qui ad S. Virginem quod attinet, eam pro Deo introducere studuerint, etiamque studeant.

XVI.

Sed ne solos Mariolatras occasionem dedisse Mohammedi credamus opponendi suum Christianisymbolum, quasi plures Deos colerent, multi fuere præterea a Christo nato hæretici, qui polytheismum in Christianam religionem introducere conati sunt, & offendere Mohammedem potuerunt, mota suspitione an non admitterent Christiani pluralitatem Deorum. Non hujus loci est augiæ stabulum, & sordes opinionum repurgare; suffecerit adnotasse *Cerdonem, Marcionem, Manetem, Apellem*, quorum alii duo, alia tria principia, nonnulli & quatuor *αγενήτες εστας ingenitas substantias*, teste Theodoro & Epiphanio, statuebant. Adco negata semel veritate nil certi, sed confusa omnia & merum chaos.

XVI. Aliisque, hæreticis, qui plures Deos introduxerunt. Theodor. her. fab. lib. 1. c. 24. Epiphan. her 41. 44.

Ut *Gnosticorum* turpissimam fecem, *Nicolaitas*, *Valentinianos*, & *Carpocratianos* præteream, quorum illi varios sibi cudebant Deos, hi Gentilium ritu imagines *Aristotelis* & *Christi* pariter colebant; uade nasci potuit Mohammedi occasio Christianis polytheismum exprobandi. Sed non id sufficit; ἀγγελολατρείαν nobis impingit, licet in Scripturis nostris damnatam Coloss. 11. 18. uti ante cum *Celsus* calumniabatur nos σεβειν ἀγγέλους, cui respondit *Origenes*. Forte id ab *Angelicis* deducendum est, forte ab aliis: certe id videmus urgeri hodie a Mohammedanis contra Pontificiorum ἀγγελολατρείαν, uti videre est in Ahmede ben Idris, citante cum Hotting. hist. Eccles. Tom. VI. pag. 104. & 105.

## XVII.

XVII.  
Quare ad-  
monentur  
Pontificii  
de sancto-  
rum &  
imaginum  
cultu.

Observent ergo hic in transitu Romanenses, quam turpem Christiano nomini apud adversarios nostræ fidei notam inurant, cum videant, illos ab idolorum & imaginum cultu quavis etiam specie ac prætextu plane alienos, & hanc inter alias gravissimam esse rationem & ἀληθῆνα ἐν ὀφθαλμοῖς, quo minus inter infideles Christiana veritas obtineat. Nec juvat excusare frigidulis exceptionibus & distinctiunculis in Scholasticorum cerebro natis. Rerum adsunt testimonia, cum tam parum proficiant inter Persas eorum (ut vocant) missionarii. Culpa se liberent apud Mohammedanos, quorum in hanc rem argumenta non tam insulsa sunt, quin constringantur satis Pontificii, ut quas reponant solidas rationes non habeant. Hujus loci non est prolixius hanc causam agere: id querimus confundi cum illis doctrinam nostram generali Christianorum nomine, cum Mohammedanorum non sit fuisse inquirere in veram & conformem S. S. sententiam & tamen ex effectis, praxi & nomine Christianorum colligunt, ex natura fidei talia fluere specimina, quæ non possunt non eorum oculos ferire & offendere.

## XVIII.

XVIII.  
Ortho-  
doxis  
Christianis  
opponitur,  
qui S. S.  
Trinitatem  
defendunt.

CHRISTIANIS denique, vero nomine *Orthodoxis*, qui ductu verbi divini *Trinitatem* in *Unitate* & *Unitatem* in *Trinitate* submissi venerantur, suum opponit *Symbolum* Mohammed. Evidenter id liquet plurimis in locis, ubi ex eo quod *Deus Unus* sit, evertere fidem S. S. *Trinitatis* conatur: ita monet SURAT. V. vers. 77. لقد كفر الذين قالوا ان الله ذالک

واحد



Mohammedani  
nostram  
de Trinitate do-  
ctrinam.

Mohammedani, ut palam fiat meram esse seu malitiam seu ignorantiam, quæ illos cogat ex hoc *Symbolo* contra nos argumentari. Vidimus jam §. xv. & xvi. plures Deos, Angelos, Mariam, Johannem aliosque falso nobis affingi, sed genuinam Tanti mysterii doctrinam quod spectat; supponit Mohammed, tres a nobis Deos statui, essentia diversos, Christi generationem concipi *physicam*, aliumque, præter summum Numen, Deum statui. At posteriorum temporum Mohammedani existimarunt, *personas*, quas colimus, a Christianis considerari, velut *attributa* Dei. Forte ex eo natus hic erroneus conceptus est, quod incauti inter Christianos Turcarum adversarii, uti *Paulus Antiochenus*, *Episcopus Sidonius*, alique, similitudine quadam illustrare hoc mysterium tentaverint, qua Deum Filium, sermonem, Deum Spiritum S. vitam appellarunt, & omnia attributa divina ad has notiones retulere. Quam sententiam acriter oppugnabant Musulmanni, dicendo nec sermonem nec vitam peculiare esse *Hypostasises*, cum sint *attributa* Unicuique personæ communia, adeoque cum cui libet e tribus adscribi debeat sermo & Vita, non *Triada* in Divinitate sed *Enneada* concipiendam esse. Quia vero putabant nos duo attributa Unius Veri Dei ut divinas duas naturas censere, caverunt sibi prudentiores scilicet inter Musulmannos, *Motazalita* ne ulla in Deo statuerent attributa: id enim si facerent, in nostra se lapsuros castra verentur. Simul hac methodo fortius se nobis opponunt, si enim nulla in Deo attributa, nulla distinctio, ergo nec plures admitti queunt personæ, quæ S. Trinitatem constituent. Unde, qui hoc defendunt, *Motazalita* se solos Unitatis Dei assertores crepant, & cum qui diversa in Deo attributa concipit, alios Deos statuere iudicant, cum attributa Dei non possint non esse æterna, & nil æternum sit nisi Deus. Verum Syllogismi hujus fallaciam summo jure demonstrarunt ipsi inter Mohammedanos *Hodailii*, ostendendo non statui plura æterna sive alios Deos, si plura credantur attributa, cum sint ipsa Dei essentia. Ita etiam *Abu Faafar Ebn Tophat* hac parte defendit *Algazalium*, magnum Islamismi doctorem, & *زین الدین* *Decus religionis*, appellatum, qui statuebat in Deo attributa dari, unde aliis videbatur admittere *نی نازد کثرة* in essentia ejus multipliciter: sed hanc seque-

sequelam Auctor remouet phrasi Alcoranica *تعالى الله عما*  
*يقول الظالمون* Longe est Deus supra illud quod dicunt ini-  
 qui. vid. ejus Epist. p. 23. Ex quibus omnibus facile apparet,  
 quam peruersas de Christianorum doctrina habeant ideas; adeo-  
 que vanas in aere nebulas & Chimæram oppugnari, quando Chri-  
 stianos ea methodo aggrediuntur.

## XX.

Videmus ergo Mohammedis & sequacium super hac re senten-  
 tiam, ad quam nonnulla observabimus, ut tanto feliciter objectas  
 difficultates diluamus. Certe, Nulla heic controversia est, de  
 Unitate Dei seu naturæ divinæ, quam Christiani æque ac Turcæ  
 pleno ore confitentur. Nec ullus unquam nostrum, cui cum  
 Mohammedanis res fuit, id negavit; si negasset, principio certe  
 suo fuisset adversatus. Inuictis enim illa Testimoniis ex Veteri  
 non tantum, sed & Novo Testamento, passim a Theologis nostris  
 probatur. Et plenæ sunt sacræ Historiæ præceptis ac comminationi-  
 bus de vitando plurium Deorum cultu; imo illud ipsum Apostolicæ  
 Ecclesiæ vitio versum est a Gentilibus, quod nullos Deos colerent,  
 nulla templa, simulacra nec aras haberent: adeo abhorruit a Poly-  
 theismo nostra fides, ut nunquam vel in theoria vel praxi, ullam  
 ejus speciem præ se tulerit. Quin & ex ipso Rationis lumine Genti-  
 lium *πολυθεῖται* fortissimis argumentationibus aggressi repugna-  
 re dixerunt plurium Deorum existentiam, & atheismum cum po-  
 lytheismo in eandem impietatem conspirare Theologi nostri con-  
 stanter adseverarunt. Nec minori zelo contra Paganos, *Valentinia-*  
*nos, Marcionitas, Manichæos, Arianos & Tritheitas*, pro Uni-  
 tate Dei pugnarunt Orthodoxi, quam contra *Judæos, Hermoge-*  
*nem, Praxeam & Sabellium*, pro personarum divinarum in Tri-  
 nitate distinctione. Vere ergo & ex mente Christianorum Ter-  
 tullianus c. Marcion. L. I. *Deus si non unus est, non est*; quæ ver-  
 ba ipsum Mohammedis Symbolum exprimunt. Unde patet inepte  
 Pseudopphetam hoc suæ religioni privilegium vindicare, quasi  
 Unitas Dei, a se solo rite defensa, ab aliis eversa, suam Theolo-  
 giam a cæteris sectis distinguat.

## XXI.

At nostra *Revelatio* plus docet. Confitetur illa Deum non tan-  
 tum in natura & essentia Divina *Unum*, sed essentiam eandem tri-  
 bus

XX.  
 Observ. ad  
 hanc con-  
 troverf.  
 Confen-  
 sum esse  
 circa Uni-  
 tatem Dei.

XXI.  
 Porro nos  
 ex revela-  
 bus

tionem  
Deum in  
personis  
trinam  
credimus.

bus personis communem, non tamen tres Deos, cum una tantum essentia divina statuatur, uti probabimus, ubi solvenda erit obiectio Quod tres Deos fingamus. Dicimus ergo, ad augustum hunc nostræ religionis articulum quod attinet, I. esse in Deitate tres revera *distinctos*, cum ab ipsa Divina essentia, quæ unica est, & tribus communis, tum a se invicem: non uti nomina, attributa aut operationes, verum ita ut quisque Eorum sit alius & alius, & nomina personalia, *Ego, Tu, ille*, vere iis applicari queant ac nos ad unumquemque eorum preces dirigere queamus. II. *Tres* illas personas, & quamque singularem esse *Unum*, Verum, Solum Deum. III. *Ordinem* esse cum in modo subsistendi, tum in modo operandi, quem habent singulæ personæ, ita nempe ut Pater sit a nemine, & omnem ab alio emanationem excludens, *Filius* a Patre per generationem plane *ἑσπερφοσιτην* & finito conceptui, ejus modum & rationem ignoranti, plane *ἀνατιλήπτον*, *Spiritus Sanctus* per processionem a Patre & Filio. Quæ quidem simplex est explicatio tanti Mysterii & nititur S. Scripturæ testimoniis, quæ in Systematibus Theologicis nusquam non obvia sunt.

## XXII.

XXII.  
Quod ex  
ratione  
sciri,  
compre-  
hendi aut  
probari  
nequit.

Cæterum hæc *Sola Revelatione* constant. Ratio enim tam sublimia de Deo *nec invenit* unquam, *nec inventa assequi* & penetrare potuit, multo minus *probare* contra audacter negantes. Scio non deesse qui S. S. Trinitatis Veritatem antiquis Philosophis notam existimant; sed profecto quam debilia veritatis vestigia reperiuntur, quam obscura, ut Oedipo plerumque opus sit ad mentem Auctoris intelligendam? Fateor, collegerunt ex iis contra Gentiles hoc mysterium inficiatos testimonia, Viri summi in Ecclesia Christiana prioribus sæculis. Sed, ut argumentari possent felicius, ac proprio illos gladio jugulare. Et si concedamus apud Platonem aliosque hujus doctrinæ scintillas inveniri, a Judæis hausisse censendi sunt. Nec major est Rationis nostræ virtus in comprehendendo mysterio jam revelato, quia modum ignoramus & ideas de Deo formamus juxta illas, quæ rebus humanis contemplandis inserviunt. Quin ipsa Ratio, cum finita sit, evidenter docet, ejus ad infinitum nullam esse proportionem, cum licet ejus vis millies augeatur, æquare nec superare infinitum possit, sed paribus ab eo passibus absit. Unde sequitur contra negantem hæc principia Turcam ex ratione probari nil posse; in omni enim probatione a notis ad

ad ignota; a concessis ad ea quæ in quæstione sunt, per nexum procedimus. Cum vero Ratio nexum illum nunquam invenire potuerit, nec etiam modum illius nexus comprehendat, num illo uti poterit? Ipsa id confirmat experientia, nullo successu Mohammedanos ab iis oppugnatos esse, qui nescio queis frivolis Scholasticorum distinctionibus innutriti victoriam sibi pollicebantur, & similitudinibus illustrare vel probare hoc argumentum conati sunt. Videatur *Papa Pius Epist. ad Morbisan*; & Pontifici M. Jungantur *Cardinalis de Cusa in Cribratione Alcorani*, *Paulus Antiochenus*, *Episcopus Sidonius*, *Gennadius*, aliique, qui λογικῶς magis quam θεολογικῶς disputarunt.

## XXIII.

Hiscæ substratis, attendant æqui harum rerum arbitri, qua methodo nos aggrediatur Mohammed. *Probate*, inquit, *dogma vestrum* XXIII  
Hinc inique vult Mohammed rationibus id a nobis probari.  
 هادو بر هانكم ان كنتم صادقين *Date demonstrationes vestras, si vera dicitis.* SURAT. XXI. 24. XXVII. 56. XXXVII. 154-157. & alibi. Cum vero omnis disputatio ex concessis utrique parti principiis debeat institui, hic autem nulli sint probationum fontes utriusque communes, nisi *Rationis* dictamen, & libri ex *Revelatione S.S.* concessi, (de his quidem s. xxxiii. agemus) patet, quoad prius, quam inique, imo quam stulte velit Mohammed id dogma *rationibus* probari ab iis, qui *rationibus* probari illud non posse, sed sola revelatione probandum arbitrantur. Vult ergo nos contra hypothesein & principia nostra agere, fidemque ratiociniis demonstrando, iisdem fidei naturam evertere. Hoc enim vi argumentationum defendere velle, quod solo testimonio divino nititur, quid aliud esset, quam sibi ipsi adversari? Speciosus nempe hic videbatur pretextus, nil admittere nisi quod solidis constet rationibus, sed inane κρησφύγετον est. Male itaque voluit ex principio heterogeneo hoc dogma probari. Debuisset potius fontem nostræ probationis S. Scripturas oppugnasse, & examinare, an illa sufficiens essent fidei fundamentum, vel an legitime ex illis deducatur. Finge congregiendum Tibi cum homine Fanatico, qui articulos fidei sibi revelatos jactitet præter omnem rationem & Scripturam. Urgebisne eum ut illos rationibus probet? Negabit posse. Ostendenda igitur prætensæ revelationis vanitas, quæ non sufficiat ad fundendam fidem. Ita certe Mohammed, dum nos uti Fanaticos habet, qui revelationi fictæ credimus, urfisse non debuit



buit ex ratione illud dogma probari, quod hac via probari non posse supponimus.

## XXIV.

XXIV.  
Quod ulterius  
ostenditur.

Mirabitur forte Mohammed tales revelationes, quæ probari nulla ratione queunt. Verum id lubentissime, opinor, concedet, posse Deum infinitum & omniscium, creaturæ rationali finitæ talia revelare, quæ solo testimonio divino constant: id innui videtur

SURAT. IV. 113. *انزل الله عليك الكتاب والحكمة*

*انزل الله عليك الكتاب والحكمة* *Demisit Deus super vos*

*Librum & Sapientiam, & illa docuit, qua antea ignorabatis*

vid. SURAT. XCVI. 5. II. 146. ubi supponitur posse Deum finito

homini quidquam revelare, quod suis conceptibus non plene ad-

sequatur. Cunctis scilicet hoc Natura instillavit gentibus, Deum

esse infinitis perfectionibus præditum, a quo procul exulet omne

quod dependentiam notat. Certo indicio, cum humanæ mentis

cognitio suis terminetur limitibus, Deus vero infinitus illam su-

peret, posse summum illud Numen creaturarum cognitionem au-

gere divina revelatione, ut per eam aliquid de Deo cognoscat, quo

ipsa suis freta viribus adfurgere nunquam potuisset. Hinc viden-

mus in omnium fere mortalium sacris *musiera* quædam inveniri,

quæ revelationis formam quodammodo adumbrant. Non lubet

Græciam aut Latium pervagari; ipsis rudibus novi orbis incolis sa-

crum aliquid in religione est & majestate verendum, quod testan-

tur, quotcunque illorum ritus habuere perspectos. Et revera tales

accidisse revelationes Patriarchis olim, & Mosi, & Christo, fatetur

Mohammed. Iniquum ergo esset, si quis a viris *θεοπνευστοις* de-

monstrationem petiisset. Sufficit hic una demonstratio *אמר*

*יהוה*, dummodo clare constet hanc Dei dicentis mentem esse, cui

si quid ambigui subesse videatur, vel ex nexu vel locis parallelis ex-

plicanda est.

## XXV.

XXV.  
Sed facile  
nobis erit  
doctrinam  
nostram,  
eadem

Sed agedum Tuam demonstrandi methodum sequamur, O

Mohammed. Quonam modo tua probasti deliria? *miraculis*, di-

ces; at novimus jam dudum jactantiam miraculorum, frequen-

tem adeo veteribus hæreticis, & hodiernis Pontificiis, qui Per-

ssiam, Japoniam, omnesque Indici maris insulas suis replerunt pro-

digiis

digis, quibus & quantitate & qualitate tua cedere debeant. *Scriptis* tua demonstrasti? Videamus. Nulla certe frequentior probatione, demonstrandi methodus in Alcorano est, quam illa: Si dicant infideles Alcoranum esse mendacium ex nov-antiquis contextum fabulis

SURAT. XXV. 7. قل افزله الذي يعلم السر في

قل افزله الذي يعلم السر في

Respondere *Responde* iis, Demisit illum Deus, qui novit omne arcanum quod in celis & terra est, utique ille est Remittens Misericors. vel ita

SURAT. IV. 150. للكافرين عذاب مهين infideles manet pœna probrosa.

SURAT. II. 156. عليهم لعنة

Super eos est maledictio Dei, & angelorum & hominum omnium.

سمعان, Laus Deo, absit ab eo ut verum sit, quod dicunt infideles.

Utique Deus non dirigit populum infidelium.

SURAT. XVI. 109. aut similes formulæ SURAT. XIV. 35. Æquum ne est hominem, qui sua

hoc modo demonstrat, a Christianis probationem postulare? an non vidit facillimum esse his flosculis, quibus scetet Alcoranus, ad-

versarios refutare? quid fiet, si tua præmamur vestigia, tuaque methodo tecum congregiamur, cujus vanitas nulli non manifesta est?

XXVI.

Vult tamen videri Mohammed non adeo destitutus rationibus quibus nostram sententiam oppugnet. Videbimus sane, elegantes illas & solidas objectiones: inter quas nonnullæ doctrinam S. S. Trinitatis generatim, aliæ Jesu Christi divinitatem & generationem speciatim oppugnant. Agmen ducit princeps illa difficultas, quæ omnes a fide Christiana alienos miserrime torquet, Tres Deos a nobis coli, cum sit tantum Unus Deus (Textum SURAT. V. 77. supra exhibuimus) adorari a nobis Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum S. tres personas divinas, adeoque tres Deos. Respondemus. Meram esse fidei nostræ ignorantiam, quæ sedulo cavet ut in Trinitate integra permaneat Unitas, & vicissim. Colimus unum essentia Deum, non tres essentias divinas, sed tres personas, & subsistendi modos in una Deitate,  $\alpha\lambda\lambda\alpha\ \tau\acute{\omega}\nu\ \tau\omega\upsilon\ \sigma\omega\sigma\alpha\tau\alpha\iota$

## XXVI.

Vult tamen videri Mohammed non adeo destitutus rationibus quibus nostram sententiam oppugnet. Videbimus sane, elegantes illas & solidas objectiones: inter quas nonnullæ doctrinam S. S. Trinitatis generatim, aliæ Jesu Christi divinitatem & generationem speciatim oppugnant. Agmen ducit princeps illa difficultas, quæ omnes a fide Christiana alienos miserrime torquet, Tres Deos a nobis coli, cum sit tantum Unus Deus (Textum SURAT. V. 77. supra exhibuimus) adorari a nobis Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum S. tres personas divinas, adeoque tres Deos. Respondemus. Meram esse fidei nostræ ignorantiam, quæ sedulo cavet ut in Trinitate integra permaneat Unitas, & vicissim. Colimus unum essentia Deum, non tres essentias divinas, sed tres personas, & subsistendi modos in una Deitate,  $\alpha\lambda\lambda\alpha\ \tau\acute{\omega}\nu\ \tau\omega\upsilon\ \sigma\omega\sigma\alpha\tau\alpha\iota$

συν ἀσύγχυτον ἐν ἀπλήτοις ἑμπειρώσειν, propter personatum  
 inconfusam ( verba sunt Theophylacti ) intra se immanentiam.  
 Sint licet ἀλλοῦ ἢ ἀλλοῦ, proprie non sunt ἀλλο ἢ ἀλλο. Tunc,  
 fateor, tres Deos diceremus, si Deum eodem respectu quo Unus  
 est, Trinum arbitraremur, & tres diversas essentias Divinas conciperemus,  
 sed unum colimus Deum, qui trinis personis subsistat & operetur.  
 Non est ergo oppositio directa, quia diverso respectu Unitas & Trinitas de Deo affirmantur, Unitas respectu naturæ divinæ: Trinitas, respectu personarum, queis una illa Dei essentia communis est. Interim mirum non est tenebris quibusdam involvi hanc doctrinam,  
 quæ circa objectum infinitum versatur, & finitum intellectum superat, qui si non omnia adsequatur, subjiciendus est Revelationi,  
 ut fidei, quæ doctrinam a Deo revelatam pie credit, locus concedatur.

*Namque minor natura aciem si intendere tentet  
 Acrius, & penetrare Dei secreta supremi,  
 Quis dubitet victo fragilem lassescere visu?  
 Vimque fatigatæ mentis sub pectore parvo  
 Turbari, invalidisque hebetem succumbere curis.*

## XXVII.

XXVII. Deinde objicit, non posse plures concipi personas divinas, quia  
 Obj. Deo Deo nullus est similis nec equalis in cælo & terra. لا شيء كد  
 non est ul- Non est ipsi similis Unus: SURAT. CXII. 4.  
 lus similis لا شريك له non est ipsi socius: frequens in Alcorano phrasia est.

لا شريك له, Deus excelsus est supra omnes  
 socios qui ipsi adjunguntur. vid. SURAT. XXVIII. 68. xxx. 39:  
 XVI. 3. Dicimus I. nonne hoc est ipsum τὸ κεινόμενον, de quo disputatur?  
 an detur Deo similis: sponte enim sequitur, illum, qui similis Deo sit,  
 esse Deum, cum nulla similitudo sit inter finitum, id est, non Deum,  
 & infinitum, id e. Deum: adeo qui similis est Deo, Deus est;  
 quod observabant Judæi, de Christo dicentes, parem se Deo efficit,  
 quæ phrasia tantundem valet ac illa, Deum se facit. Futilis ergo est objectio:  
 non possunt esse plures personæ divinæ, quia Uni personæ (quam  
 solam credit Mohammed) non est alia similis aut sociæ; probandum  
 enim erat Uni personæ divinæ nullam esse vel dari posse sociam,  
 quæ ejusdem naturæ divinæ

vinæ particeps existat. II. Concedimus Deum ita unum esse & singularem, ut nihil ipsi simile e creaturis admittat, quod ejusdem naturæ sit; sed male hinc colligitur non dari in eadem essentia divina plures personas, quæ similes sint. Deo non est similis, fatemur, nisi Deus: illa enim sublimitas consortem non patitur; at cum Christum socium Deo vel primæ personæ jungimus, ideo Deum credimus. III. Mera est ignorantia elenchi, cum probat Deo Uni non esse similem aut socium, illud enim generatim verum est, si per Deum totam divinitatem intelligit; at, si primam personam innuit, falsum est, & petitio principii juxta Logicos, uti vidimus obf. 1. Sed ludit in voce Mohammed, & magno conatu magnas nugas agit. IV. Ignorantia est doctrinæ orthodoxæ, quasi præter Unum verum Deum alium Deum introduceremus ei similem, quod eos tangit qui polytheismum fovent, quem Christiani omni modo execrantur.

XXVIII.

Tum & hoc in nos telum vibrat. Dari non posse plures personas Divinas, quia *Una sufficit, Deus enim Unus mundum creavit & gubernat, nec ulla re indiget, ergo nec filio, nec aliis sociis: si vero Deus non indigeat, cui bono Deus illos adjungi sibi pateretur*: illa est sola omnisufficiens natura Divina,

XXVIII.  
Obj. Unus  
Deus sufficit, qui  
omni-  
potens &  
omnisufficiens est.

*Ipsa suis contenta opibus, non indiga nostri.*

Hanc Pseudoprophetae mentem percipimus ex variis Alcorani textibus, ubi in refutanda Christianorum sententia tales plerumque phrasas admiscet de rerum creatione, gubernatione, Dei omnisufficientia, &c. ita SURAT. X. 69. *قَالُوا اتَّخَذَ اللَّهُ وَلَدًا*

*سُبْحَانَهُ هُوَ الْغَنِيُّ لَهُ مَا فِي السَّمَاوَاتِ وَمَا فِي*

*الْأَرْضِ* Dicunt, *adscivit Deus filium. Laus ei, absit, ille nullius rei indigus est. Ipsius est quicquid cælis & terra continetur.*

SURAT. XIX. 36. *مَا كَانَ لِلَّهِ أَنْ يَتَّخِذَ مِنْ وَاوٍ*

*سُبْحَانَهُ إِذَا قَضَىٰ أَمْرًا فَإِنَّمَا يَقُولُ لَهُ كُنْ*

*فَيَكُونُ* Quid fuit Deo, ut adscisceret liberos? Laus ei, absit.

Quando decrevit rem, & dicit *Esto, Est*, & cadem SURAT.

v. 97. *مَا يَنْبَغِي الرَّحْمَنُ أَنْ يَتَّخِذَ وَلَدًا* Non de-

cuit Deum habere filium & v. 94. eandem rationem reddit. vid. SURAT. VI. 13. 14. & v. 20. ubi sic dicit, *Dei est regnum caelorum & terra, & omnium qua iis continentur. Creat quodcumque vult, & Deus supra omnia potens est.* Confer huc SURAT. XXVII. 68. & XXIX. 61. ubi dicit *ولين سألهم من خلق السموات والارض وسخر الشمس واقمر ليقولن الله فاذا يوفكون* Et si roges eos (infideles) quis creaverit caelos & terram, Solemque & Lunam ad obsequium subegit, respondent, Deus, & tamen id invertunt, negando sc. ejus Unitatem. vid. & SURAT. IV. 169. Supra citat. §. XXII. SURAT. XVI. 3. XXXI. 28. & II. 110. Dicunt infideles, adoptavit Deus filium, absit. Imo ejus est quicquid in caelis aut terra est, omnia ipsi obediunt. Ille creator est caelorum & terra, & quando decrevit rem, dicit Esto, & est. Ita SURAT. XXXIX. 6. Si cupisset Deus adseiscere sibi filium, elegisset e creaturis suis quod voluisset: absit. Ille est Deus Unus, potens, qui creavit caelos & terram in veritate, qui succedere jussit noctem diei, diemque nocti, qui Solem & Lunam ad obsequium subegit, quorum quisque currit ad metam praestitutam, &c. Id ergo vult Mohammed, Deum non indigere filio, & probat citatis Alcorani textibus, quia Deus nulla re indiget. Egregie. Demonstrabimus eadem methodo nullum in Deo attributum nullam perfectionem inveniri: vel enim Deus eo indiget, vel non: Prius verum esse nequit, cum nulla re Deus indigeat, sed omnia ad lubitum producat: non posterius, tunc enim frustra in Deo essent, cum Deus iis non indigeat, atqui nil in Deo frustra est. Respondemus ergo, Deum indigere (liceat cum barbaris *παρβαρῆσειν*, ut hac phrasi exprimam illud, ad naturam rei requiri) omnibus suis perfectionibus, quatenus sine iis Deus concipi nequit, adeoque cum Deus revelaverit se in oeconomia salutis ut Triunum, necessario sequitur ad naturam illius Dei secundam quoque personam Filium requiri, sine qua Trinitas nequeat consistere. Vocat id Mohammed indigere: ergo, inquit, Deus indiget secunda persona, absurdissime; sed requiritur illa ad conceptum Dei Triunum. Si hoc velit appellare *indigentiam*, certe illa vox Deo non convenit, adeoque hic parum commoda est.

XXIX. Porro Christum non esse Filium Dei nec esse posse, conatur ex eo probare, quod uxorem Deus non habeat, adeoque generare filium non possit. Ita nugatur SURAT. VI. 101. اذى يكون له ولد

XXIX. Obj. Deo conjux non est unde ergo filius?

Quomodo erit ipsi filius, cum non sit ei uxor. vid. & SURAT. CXI. 2. O crassam nimis & Mohammede, illiterato propheta, dignam, rerum divinarum ideam! Vides, quicumque sacris Christianorum initiatus es, nil nisi *αρχιμά* cogitare homines *αρχιμάς*, quibus *παι & πνεύματ* & *Jesus uxorica* sunt. Quasi physica in Deo concipienda sit generatio, & ille conceptus, qui modum nostræ generationis repræsentat, divinis mysteriis applicandus. *لا اله الا الله*, Laus Deo: absit ab eo talis imperfectio. Legat & intelligat Christianam sententiam, priusquam tam pueriliter impugnet. Uxorum mentionem injicit?

*Reddimus obscena convitia debita genti,*  
suas sibi habeat in Gynæceo Mohammed, nec earum fordibus nostra mysteria conspurcet. Quis tam rudis, tam vecors, tam demens Christianus est (libet verbis *Pii Pontif. Rom. Epist. ad Morbisanum* uti) ut generare Deum ex connubio & permixtione foeminae arbitretur? Non sumus adeo hebetes, ut tantum nefas admittamus. Pius sufficit illud *Jes. LIII. 8. Generationem ejus quis narrabit?* Nec decet servum de natalibus sui Domini curiose disputare. Caterum qui Deum ab homine, cælum a terra, rite distinguit, hæc deliria, quæ supernaturalia terrenis commiscet, nullo negotio dissipabit. Concludimus, hunc esse Diabolicum conceptum, ipso teste Alcorano, nam SURAT. LXXII. 3. *ما اتخذوا مباحة ولا ولدا* Non habet (Deus) uxorem, nec filium.

XXX.

Præterea Christi Divinitatem impugnat, hoc nixus ratiocinio, quod *Christus filius Maria, & homo fuerit, ciboque potuque, ut ceteri homines, nutritus.* Ita videre est SURAT. V. 79. *ما المسيح*

XXX.

Obj. Christus homo fuit, nobis similis.

أبن مريم الا رسول قد خلت من قبله الرسل  
وامم صدقة كان بالان الطعام  
Non fuit Messias filius

*filius Maria, nisi Legatus (Dei) uti fuerunt Legati ante ipsum, & mater ejus pia femina, ambo cibum comederunt.* R. Non negamus Christum filium hominis, & verum hominem fuisse, sed non merum, *ψιδὸν ἀνθρώπων*, affirmamus. Unica inter divinam & humanam naturam distinctio, quæ in Christo *θεανθρώπου* observanda est, hanc objectionem diluit. Nec opponeret eam Christianis Mohammed, si doctrinam nostram habuisset perspectam, tunc certe sciret, quod

*Ille Deum miscens homini (mirabile dictu)*

*Induere humanos non fastidiverit artus.*

Nexum vero; si Christus est filius hominis & homo, filius Dei esse nequit, concederemus, si eodem respectu de eadem natura sermo esset, at cum distincte unitas in Christo divinam humanamque naturam concipiamus, illegitimum dicimus. Enigmata, certe, hæc barbaris sunt, qui *θεὸν φανερωθέντα ἐν σαρκὶ* agnoscere ex Scripturis non didicerunt. Fateri tamen coguntur, si hac methodo Christiana fides explicetur, nullius momenti esse hanc objectionem & stipula leviozem. Idem hic scrupulus Judæos male habuit, qui Servatorem nostrum in his terris *ἐν μορφῇ δούλου* viventem cernebant. Accedit quod ipse Mohammed fateatur iisdem se objectionibus, quas Koreischitæ alii que movebant, inique vexatum fuisse. Illi enim, qui versatilem vaserrimi hominis animum a teneris noverant, non poterant non se mutuo ab insania Mohammedica dehortari. Sic leg. SURAT. xxv. 8. *ما لهذا الرسول*

*Quis est ille* *ياكل الطعام ويمشي في الأسواق*

*Legatus Dei, qui cibum edit & per forum ambulat?* at responderet v. 22. *Omnes illos, qui ante eum missi essent, Legatos cibum comedissee & per forum obambulasse,* quod ut confirmet, fingit idem objectum fuisse Legato Dei *Salih*, misso ad *Themoditas*, antiquissimam Arabum tribum, SURAT. xxvi. 154. *ما اذنت الا*

*بشر مثلنا* *Quis es tu, nisi homo, nobis similis?* & aliis Prophetis SURAT. xxxvi. 14. Speciatim *Noacho* SURAT. xi. 29. & *xxiii. 24.* Unde mirum est, Eum qui tot piis viris id objectum fuisse testatur, idem Christo objecisse.

## XXXI.

Infuper: *Christus* (inquit) *ipse jussit, non se, sed Dominum suum adorare*, quare ergo Dei loco ipsum colitis? SURAT. v. 76. XXXI. Obj. Christus voluit Deum non se adorari.

وقال المسيح يا بني اسرائيل اعبدوا الله ربي  
وربكم انه من يشرك بالله فقد حرم الله  
عليه العاقبة Et dixit Messias, O Filii Israel, colite Deum,

*Dominum meum & Dominum tuum. Utique illi, qui Deo socium junxerit, prohibitus erit Paradisus.* Et ead. SURAT. vers. 117. Christi cum Deo colloquium fingitur, quo Christus proficetur se nil hominibus dixisse, nisi quod Deus jusserat, *Colite Deum Dominum meum & tuum* &c. vid. & SURAT. ix. 31. Concedamus Mohammedi, Christum jussisse Dominum suum adorare, at non solum illum jussit adorari, sed & in se voluit credi. Quum narrat lepidam de Christo & Patre fabellam, more solito agit, quasi Christus Mohammedis infaniam probare voluisset. Abstit. Gerræ Siculæ, atque edepol Lyræ, Lyræ.

## XXXII.

Denique & hoc Mohammedem male habet, quod in hoc dogmate recedamus a doctrina omnium patriarcharum & prophetarum sub V. T.; se enim eandem tueri sententiam crepat, quam Abrahamus, Isaacus, Jacobus &c. amplexi sunt SURAT. iv. 161. XXXII. Obj. doctrina Christiana recedit a fide patrum &c.

انا اوحينا اليك كما اوحينا الي نوح والنبيين  
من بعده واوحينا الي ابراهيم واسماعيل واسحق  
ويعقوب والاسباط وعيسى وادريس ويونس وهرون  
وسليمان واقينا داود زبوراً Utique nos revelavimus  
tibi (Deus Mohammedem alloqui fingitur) quod revelavimus  
Noacho & prophetis, qui post eum fuere, & Abrahamo & Ismaeli & Isaaco, & Jacobo, & tribubus (Israeliticis) & Isa, & Jobo, & Fona, & Aarone, & Salomoni, & dedimus Davidi psalterium. (Observa Lector ex παρὰ τοῦ exactum ordinem chronologicum) Eadem fere repetit SURAT. vi. 84. vid. SURAT. xxi. 25. XLII. I. Inprimis in eo est Mohammed. SURAT. II. 134. 124. & ut ostendat Abrahamum non fuisse Judæum au



Christianum, sed secum in eadem sententia. Vid. & SURAT. IV. 124. XII. 38. XVI. 121. XXII. 77. XXI. 25. idem de *Noacho* affirmat. SURAT. VII. 57. XXIII. 23. *Mose*. xx. 14. *Jona* XXI. 87. *Elia* xxxvii. 123. 132. Dicimus id sola niti auctoritate Mohammedis, qui nulla eam probabili ratione aut revelatione fulcit. Alcorani id fingentis testimonium apud Christianos nullius est momenti, præsertim cum repugnet Historiis V. & N. T. quas cœlitus demissas agnoscit Mohammed, modo probari ipsi queat, non esse corruptas, quod mox §. xxxiv. ostendemus. Atque ita desinimus nugarum, examinaturi porro, quibus methodis Musulmani ab aliis refutentur, ut hic illic de corruptione fontium, & idololatria quam Mohammedanis impingunt, aliisque rebus notatu dignis agamus.

## XXXIII.

XXXIII. An & quatenus ex S. Scriptura contra Mohammedanos hic queamus argumentari. Nonnulli *Solan* hic sufficere *Scripturam* existimant, cum innotuerit jam dudum *Vetus Testamentum*, vel *Pentateuchum* factem & *Psalterium*, una cum quatuor *Evangeliis* a Mohammedanis admitti. Libros enim calitus demissos hoc ordine numerant

Moslemanni التوراة والافصحيل والزبور والفرقان

*Legem, Evangelium, Psalmos, Alcoranum*: & fatetur Mohammed SURAT. XXI. 45. se credere in illud quod demissum est

ad Judæos & Christianos, & SURAT. XXVI. 197. ad

إسرائيل *Sapientes filiorum Israelis* provocat. Sed hæc tantum *Dugæ* sunt, queis fucum facit ignorantia popello. Nam ubi ad rem devenit, nullam nostris *Scripturis* fidem adhibet nisi quatenus cum Alcorano conveniunt. Userunt enim *Muslimanos* hac methodo *Theologorum* nonnulli, & ex *Pentateucho* & *Psalms* testimonia citarunt, sed a nobis *corrupta*, vel textui inserta, clamitant. E. G. Textum *Psalms* II. 7. *Ego genui te*, corruptum esse & pro ولدتك *Waladtoka, genui te*, scribendum

ولدتك *Walladtoka educavi te*, & pro بني Bonaiya, *filii*

*meus*, legendum esse نبى *Nabiya, propheta meus*, afferunt. Quasi Arabice conscriptum foret V. T. & liceret corruptionem in S. S. fingendo S. S. corrumpere. Nam ex nostris *Evangeliis* & *Epistolis Paulinis* firmissime *Christi Deitatem* adstrui sub-

concedit *Ahmed Ben Zin*, *Guadagnoli* antagonista, sed illa in subsidium nostræ fidei ficta esse contendit. Quasi doctrinam finxissemus, eique confirmandæ aptam revelationem quoque fuisset commentum; quæ stulta est præsumptio.

XXXIV.

*Judæos* igitur corrupisse Scripturas ait SURAT. IV. 48. من

XXXIV.  
Scri-  
turas  
dicun-  
tur  
corruptas,  
quod re-  
fellitur.

الذين هادوا يحرفون الكلم عن مواضعه

*Ex* *Judæis* fuere, qui mutarunt verba (Dei) e locis suis. Idem SURAT. V. 16. & 45. & SURAT. II. 70. Fuerunt nonnulli (Judæorum rem agi nexus ostendit) ex iis, qui audiverunt verbum Dei, & illud mutaverunt, postquam perceperant, ipsique id sciebant. Nota sunt quæ vulgo pro integritate Fontium citari solent contra Pontificios quosdam testimonia. Et partim hic illa inserviunt, quæ ostendunt non potuisse Judæos, etiamsi vel maxime voluissent, Scripturas corrumpere. Quis enim crediderit Judæorum gentem, toto orbe divisam, pariter in unum facinus conspirasse, & si vel impii studuissent, piorum certe exemplaria, & (post *Ἰεροσολίαν*) Christianorum privata, & publicis recondita bibliothecis, non adulterarunt; aut sibi saltem servassent genuinos quosdam codices; quis vero de iis vel fando audivit? Si porro expendamus, quo studio olim hodieque S. Scripturam colant Judæi, qua diligentia in describendo & asservando Pentateucho utantur, ne vel unum pereat, aut perforata alicubi membrana ꝑ pro ꝑ formetur, denique ad Masoretharum labores, Judæorum incuriæ corruptionem adscribere non poterimus. Qui malitiam hic fingit, fingit malitiose. Cum enim persuasi sint Judæi de divina S. Scripturarum auctoritate, omnem illi rationem & religionem exuisse censendi sunt, qui malo animo S. S. corruerint. Num vero tales habendi sunt omnes Judæi? absit. Vel si quidam id tentarunt, quo modo piorum exemplaribus labem adaspererunt, ita ut Universalis hodie in omnibus codicibus sit corruptio? Et cui bono id tentassent Judæi? an ut Gentiles oppugnant? atqui in genuinis S. S. exemplaribus talia argumenta non deerant, ipso teste Alcorano. An ut Christianis fortius se opponerent? at possidebant illi jam S. Biblia, & si vel uno in loco Judæos tanti criminis reos ostendere potuissent, mutuum utriusque gentis odium id non servisset intactum: e contrario ex S. S. Judæos oppugnant Christiani, nec illos textus, qui ma-

xime Christianis favebant, immutare voluerunt. An ut Mohammedem impugnarent, & prædictiones, quæ de illo extabant, obscurarent? Nec id verum est, nam venturum eum ignorabant, & si futurum scivissent prophetam, qui collapsam Patriarcharum fidem de Unitate Dei victricem manu restitueret, ambabus eum manibus, ut Messiam, fuissent amplexi: tantum abest, ut studio testimoniis illis labem intulerint. Et finge Judæos omnes id tentasse, quis credat providentiam Dei, quæ circa Ecclesiæ suæ conservacionem, & media eo inservientia (qualis est voluntatis divinæ in S. libris revelatio) singularis est, talem permisisse corruptionem, quæ verba Dei obsecret, & principium fidei lubricum reddat, ut ex eo de vera religione judicare nequeamus? Umbræ ergo suæ colluctatur Mohammed, identidem clamans ex eo dignosci veritatem suæ doctrinæ, quod confirmet antiquas Scripturas. Quis enim judicet? Ubi sunt Chimæricæ illæ & nulla corruptionis labe notatæ? Quonam terrarum in angulo delitefcunt? Certe non parum intererat causæ Mohammedicæ, integras illas servatas esse, ut clare constet a Deo missum esse prophetam. Vel debuisset in dias luminis auras protulisse genuina illa exemplaria, ut, ablata corruptione, Ecclesiæ Muslimanorum inservire possent. Sed quantopere sudandum ipsi fuisset in refingendis nostris Bibliis, ut eorum historiæ putidis Corani fabellis convenirent? Verum non ea res erat tuarum virium, o Mohammed: præstat abstinuisse.

## XXXV.

XXXV. Hæc sufficiunt ad iniquitatem causæ Mohammedicæ demonstrandam. Nonnulli tamen alia methodo impetum in Turcas faciunt, & ex rationis lumine evidenter probari posse hoc mysterium sibi persuadent, verum.

*Non profecturis littora bobus arant.*

Uti vidimus supra. Alii calumniam calumniæ reponunt, & a Muslimannis polytheismi & idololatriæ accusati, vicissim eos idololatriæ reos pronunciant, quasi ista defensione causa Christianorum indigeat. Sed generosi pectoris non est se convitiis ulcisci. Qui enim Turcarum mores vel a limine salutavit, satis novit, quam averso erga idololatriam animo sint, omnemque imaginum cultum detestentur. Certe genuinæ sectæ Mohammedicæ sequaces nec in libris, nec nummis ullas animalium species pingunt, nec unquam

in

in Scachiludio figuratis utuntur imagunculis, ne ullo modo idola Gentilium repræsentent, quamvis الشطرنج Schachiludium Perfarum & Indorum Mogulensium formatum fit

علمي صور الرجال والغيلة والافراس *ex figuris*

virorum, & Elephantum & Equorum: illi enim laxiori Casuisti- *Hyde de Ludis Ori- rient. p. 90*

XXXVI.

Videamus tamen quid urgeant nonnulli, ut Mohammedani ido- XXXVI. Iolatræ habeantur. Nempe VENEREM ab iis coli sub nomi- Num Ve- ne Cubar, quam invocent hac formula,  $\alpha\lambda\alpha \xi\alpha \kappa\epsilon\beta\alpha\rho \alpha\lambda\alpha$ , nus sub nomine Euthymius, Cedrenus aliique. Ejusque effigiem inclusam Cubar ab esse lapidi nigro, Bractan, quem adorant in templo Meccano; & iis colatur. Deam repræsentari Lunulis corniculatis, queis ornata sunt apud Arabes turrium fastigia (Lunam enim, Uraniam & Venerem eodem sensu hic accipi observarunt Bochartus, Seldenus, Huetius alii) & in illius honorem sacratio die Veneris, seu feria, quod ajunt, sexta, religiose coli. Verum falluntur & fallunt revera, qui talia Christiano orbi obtrudunt. Ad Primum enim quod attinet, formula

illa,  $\alpha\lambda\alpha \xi\alpha \kappa\epsilon\beta\alpha\rho \alpha\lambda\alpha$ , Arabice hæc est  $\text{الله هو كعبار الله}$ ,

Deus, ille magnus, Deus, eamque vocant  $\text{الله كعبير}$ , Pocock. Spec. Hist. 121.

μεγαλυνισμὸν. At id non intellexit Cedrenus  $\text{هو الله}$ , ipse (quod sæpe Deo adjungitur, ut videmus in Symbolo Mohammedico, quod in plurimis Alcorani textibus ita scribitur  $\text{لا اله الا هو}$

None est Deus nisi ille) vertens, Magnus &  $\text{كعبار}$

Magnus, per nomen proprium Cabar; Hac  $\text{δοξολογία}$  etiamnum Turcæ utuntur in precibus sæpiuscule; & præco populum ad  $\text{συναξιν}$  convocans identidem ingeminat  $\text{الله اكبر}$ , Deus

magnus est, sic ut  $\kappa\epsilon\beta\alpha\rho$  nil minus quam Venerem significet. Et, Warneri *proo. Perf. p. 3.* quis sanæ mentis homo crediderit Mohammedem, qui tam curiose ab omni idololatræ specie abstinuit, & Christianos Judæosque sæpius ejus criminis inculcat, alteram Deam  $\kappa\epsilon\beta\alpha\rho$  introduxisse vel ex Gentilismo reservasse. Quam facile enim calumnia in auctorem

torqueri posset? Deinde, quod ajunt lapidi بركة *Bra-*

*Etan* insculptam Veneris effigiem, nullus Arabum testatur. At scribunt in Templo Meccano lapidem hunc nigrum, quadratum esse (quem sepulcrum esse Mohammedis inter magnetes suspensum vulgo persuasum fuit, cum Medina sepultus sit) & ab Abrahami temporibus servatum, magna hodie reverentia a peregrinantibus visitari. De imagine nihil, cujus certe mentionem injicere debuissent, cum omnem illa lapidi auctoritatem conciliet. Fateor in Saracenisimo Veteri Gentiles, qui *Cabam* suis Diis replerunt, etiam hunc adorarunt lapidem. Male tamen hinc inferitur, servato eodem lapide, necessario eundem illi honorem deferri; cum nemo, nisi hospes in rebus Mohammedicis, ignorare possit, plurimos ritus & sacra Gentilium Saracenorum a Mohammede transfumta fuisse, licet non eodem fine & scopo, uti in *jaetu lapillorum, mutatione capitis, veste sibili non induenda*, manifesto apparet. Quod autem de Lunulis corniculatis objiciunt, quasi in honorem Veneris aut Urania illas consecrasset turrium fastigiis imponendas, quis credat, qui aversum ab omni imaginum cultu Mohammedis animum, ex ante dictis cognovit? Præsertim cum sit alia ratio adoptatæ in signum Lunulæ, quam adsignat Magnus *Scaliger*, nempe quod primo die mensis *Moharram* incutis *Hegjra*, seu æræ, quæ a fuga Mohammedica nomen & initium habet, ea Lunæ phasis fuerit. Denique cultus Diei Veneris seu feriæ sextæ, antiquior est Arabum institutio, quam nec immutavit Mohammed, nec præcepit; licet sacrorum eo die peragendorum ritus mutaverit. Hodie diem vocant الجمعة, *συνάξις*, qua cætus, religionis causa, congregatur. Ex eo autem, quod Veneris nomen in feriam sextam incidat, non magis sequitur Venerem eo die coli, quam die Saturni a Judæis Saturnum, quod calumniabantur Gentiles. Unde liquido apparet, falso Mohammedanis impingi Veneris cultum, ut merito hæc arma rideant Arabes, si his fulti præfidiis eos aggrediamur.

## XXXVI.

XXXVI. Non tamen defuere olim, qui alia methodo idololatriæ Mohammedanos accusant. Ex historia Ecclesiastica sæculi post Christum XII, notæ sunt lites *Manuelis* Imperatoris & *Eustachii Thesalonicensis* Episcopi. Desiderabat enim ille, deleri e Catechismo

con-

*Scalig. de  
Emend.  
semp. p.  
132.*

contra Saracenos anathema quod feriret Deum Saracenorum *ἄλο- samado* ;  
*σφυρὸν*, quippe quo offendebantur conversorum recens Moham- aut ven-  
 medanorum aures, quasi verus Deus anathemate notaretur. *Eu- tum.*  
*stathius* contra non verum, sed fictitium Mohammedis Deum hic  
 intelligi pertendebat. Orta lis videtur ex intellecta perperam phra-  
 si Alcoranica SURAT. CXII. vers. 2. ubi dicitur *اللَّهُ الصَّمَدُ*

*Deus Assamado*, voce *πλυσήμω*, quæ *aternum & incorporeum de-* *Stephan.*  
 notat, & *solidum*, non *sectilem*, unde Græci id vertebant *ἄλο- thef. Græc.*  
*σφυρὸν*, quasi *solidam & malleo ductam statuam* dicas; ut Arabes *Tom. III.*  
 talem Deum colere viderentur. Mera hæc calumnia est ex igno- *1199.*  
 rantia Arabismi oriunda. Cui non dissimilis est illa, quæ Tur- *Benjamin*  
 carum nonnullos *יובדי רוח cultores venti*, appellat, & nullo nixa *itinerar.*  
 fundamento temerarie Mohammedanis objicitur. *p. 98.*

## XXXVII.

Denique nonnulli eruditorum inde S. S. Trinitatis doctrinam *XXXVII.*  
 contra Moslemannos probare voluerunt, quod in Corano sæpius *Num ex co,*  
*pluralium* numero Deus locutus introducatur, E. g. SURAT. II. 93. *quod Deus*  
*ولقد أدرنا اليك آيات بينات*, *Et profecto nunc demi-* *in Alcora-*  
*simus ad te signa manifesta* (Alcorani versiculos innuit) & *ibid. v. 113.* *no plura-*  
*اذا ارسلناي بالحق بشيرا وذنيرا*, *Utiq; misi-* *mero lo-*  
*amus te veritatis nuncium, & monitorem, & millicsalibi.* *Hinc* *quatur,*  
 argumentantur, Turcas debere pluralitatem in Deo agnoscere, *inferri*  
 quia Deus *in plurali* loquitur. Frustra. Velenim dici potest Deum *possit per-*  
 loqui in societate Angelorum, quorum opera utitur. vid. SURAT. *sonarum*  
 II. 91. 92. vel modum loquendi esse aliis scriptoribus non inusi- *pluralitas.*  
 tatum. Certe id constat Mohammedem usu pluralis phraseos nil  
*μυστηριώδες* intendisse, cum probabile sit, a Judæis eam hauistam  
 esse, una cum aliis vocibus *שכינה משיח המשיח*,

SURAT. V. 19. 76. & II. 249. quarum vim ignorat. Quemadmo-  
 dum ergo frustra tentares ex efficacia vocis *משיח*, Christi mu-  
 nera adversus Mohammedanum probare, ita etiam ex locutione plu-  
 rali nullo successu pugnabis. Videtur autem hic conceptus originem  
 traxisse ex methodo Theologorum in oppugnandis Judæis, aliis-  
 que Antitrinitariis, quibus personarum in Deo pluralitatem de-  
 monstrare solent ex Genes. I. 26. *נעשה אדם*, qui textus ob-  
 fer-

XI. Illi certe, revelationibus præter & extra S. S. nixi, perfectionem Scripturarum tollunt, ἐν ἑξίαι Ecclesia convellunt, & viam aperiunt hæresibus.

XII. Hæc autem, temerario nimis instituto iudicem se controversiarum facit, dum obscuram, mutilatam, & a se dependentem, Scripturam fingit, ut traditiones suas ἀρχαίως & Versionem Vulgatam nobis obrudat.

XIII. Quæ cum ex Versione τῶν LXX potissimum confarcinata sit, faciles non præbemus aures Theologis Criticisque, qui præter aut juxta textum Hebraicum, auctoritatem Græcæ illius versionis extollunt.

XIV. Nam ex Canone Hebræo libros periisse quis probabit? Nec indigemus voluminibus Apocryphis, ut Scriptura mutilata lacunas suppleant.



ELEGIA GRATULATORIA  
A D  
Politissimum & Doctissimum Juvenem  
ADRIANUM REELAND  
D E  
SYMBOLO MOHAMMEDICO

*Disputantem.*

**R**EELANDE, Ausoniis dudum innutrite Camœnis,  
Et folite Helladicam tangere rite chelyn,  
Quem lepidæ Charites, Sophic quem sancta Dearum,  
Ipsa suis fingit Diva virum manibus.  
Jam meliora paras, ô seditate, jam tua nobis  
Musa novum facili pectine textit opus.  
Ut juvat ignotas vulgo tentare latebras,  
Et vix tentatas ire redire vias!  
Dum Sanctæ Uranies per amœna vireta vagaris,  
Vindicat & totum pagina sacra sibi,  
Tu tamen Eoas etiam pervolvere gazas,  
Et spretas aliis quærere tendis opes.  
Mellilegæ ut volucres in saltibus omnia libant,  
Implentes succis pectora nectareis.  
Jamque tibi Solyme Mysteria vasta reclusit;  
Et tua Jordanicis ora rigavit aquis.  
Non tibi palmiferæ saltus clauduntur Idumes,  
Aut Syra quæ grêmio terra beata tegit.  
Ulteriora cupis; Nabatæaque regna petuntur,  
Et Sabii molles, Panchaicumque solum.  
Felices Arabum colles, felicia frustra  
Arva, Giganteo conscelerata malo.  
Fœda Mohammedis quæ dogmata suaviter urgent,  
Vatis & inficiunt somnia dira sui.  
Illud Tartareo prognatum gurgite Monstrum  
Tisiphone Stygiis horrida tinxit aquis.  
Ejus Avernali percoctum sulfure pectus  
Horrendas scelerum combibit illecebras.  
Ille latro, totiesque aliena in conjugè adulter,  
Mutanda solitus pellere merce famem,



Tollere mox animos audebat dote superbus,  
 Et sacros vatum contemnerare choros:  
 Bellerophonteos jactabat in æthera raptus,  
 Pegaseumque novo tramite cornipedem.  
 Totque pererratis, quæ retulit omina, cœlis?  
 Qualia non Latmo somniet Endymion.  
 Hic vir, hic est, diris quem secula cuncta vocant,  
 Ausus in adversum bella movere polum.  
 Quem toties veterum prædixit pagina vatum,  
 Quem stupuit Solyme contremefacta Deum,  
 Quem geminus mundi jamdudum audiverat axis,  
 Tune Deum, (sed qua perfide, fronte) negas?  
 Ecce vocas Christum, concedis virgine natum,  
 Qualis Adam terra e virgine prodierat;  
 Sed quibus Eumenides te confixere colubris?  
 Quæ Phlegethonte corde venena foves?  
 Hunc ut Idumæos tinxisse cruore penates,  
 Criminaque (infandum!) nostra piasse neges?  
 Gens adamata Deo, nomen de nomine Christi  
 Quæ geris, in titulos desidiosa tuos,  
 Quis furor armatas in viscera vertere dextras?  
 Et fratrum infesta fervere cæde solum?  
 Quis furor insanis interstrepere omnia rixis,  
 Externo cum sit majus ab hoste malum?  
 Huc tela, huc rabies, huc arma sonora ferantur,  
 Terror Abydenis finibus ingeminet.  
 Hellepontiacæ trepident tera cornua Lunæ,  
 Barbara barbaricæ gens probet illa tuam.  
 Fallor? an haud longe sanctis ea cura Camœnis,  
 Hostis ut Eoi verba tropæa canant.  
 At tu, qui larvam fucati dogmatis aufers,  
 Fortiter & jugulum vatis, Amice, petis,  
 Pergito victuris sic inclarescere chartis,  
 Et pede inoffenso carpere navus iter.  
 At tu livor abi, nihil hic tua fascina possunt,  
 Respueret dentes provida charta tuos.

*Amicus Amico*

HENRICUS SIKE.